Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

revelationem filiorum dei
expectat. Vanitati enim
creatura subiecta e non
volens, sed propter eum qui
subiecit eam sperans: quia et ipsa
creatura liberabitur a servi
tute corruptionis in liber
tatem gloriae filiorum dei. Scimus
enim quod omnis creatura
ingemiscit et parturit
usque adhuc. Non solum autem
illa: sed et nosipsi primitias spiritus
habentes nos gemimus adoptionem filiorum
dei, expectantes redemptionem
corporis nostri: in xpo ihu d. nro.
Propitius esto domine pe. gr.
ne quando dicant gentes
ubi est deus eorum. v. Adiuva
nos deus salutaris nr et propter
honorem nominis tui libera nos.
Alla: Diligam te domine virtus
mea firmamentum meum et refu
gium meum. v. Fac lucam gaudii mei.
d. i. d. s. Estote misericordes: sicut et pater
vr celestis misericors est.
Nolite iudicare: et non
iudicabimini. Nolite con
demnare: et non condemna
bimini. Dimittite: et
dimittemini. Date: et da
bitur vobis. Mensuram bo
nam et confertam et coa
gitatam et superfluentem:
dabunt in sinum vrum. Eadem
quippe mensura qua mensi
fuitis: remetietur vobis.
Dicebat autem et illi similitudi
nem: Numquid potest cecus cecum
ducere? Nonne ambo in fo
veam cadunt? Non est
discipulus super magistrum:
perfectus autem omnis erit si sit
sicut magister eius. Quid autem
vides festucam in oculo fratris
tui, trabem autem que in oculo
tuo est non consideras? Aut
quomodo potes dicere fratri tuo fra
tre eiiciam festucam de oculo
tuo, ipse in oculo tuo trabem
non videns? Hypocrita: eiice
primum trabem de oculo tuo: et
tunc perspicies ut educas fe
stucam de oculo fratris tui. Offertorium.
Illumina oculos meos ne unquam
obdormiam in morte ne quando dicat
Inimicus meus prevalui adversus eum.
Respice domine mu. secreta.